



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1442. usque ad annum 1460

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1768**

**VD18 90118324**

§. 92. Conventus Norimbergensis

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66507](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66507)

fectum esse in Deitate, & perfectum in Humanitate; atque in duabus Naturis, inconfuse, incommutabiliter, & indivise agnoscendum, non in duas personas divisum, sed unum & eundem Dei & Hominis Filium. In eodem Christo Domino, vero Deo, & vero Homine, duas esse naturales operationes inconfuse, & indivise, duas etiam naturales voluntates, unam divinam, alteram humanam, non contrarias, sed humanam subjectam Divinæ: humanam ejus voluntatem Deificatam esse, non peremptam, sed salvatam magis atque perfectam, in proprio sui statu & ratione semper permanentem.

Sæcul. XV.  
A. C. 1444.

## §. XCII.

*Conventus Norimbergensis.*

Mense Novembri, præstituto tempore Norimbergæ habitus est Imperii Principum Conventus. Cumque Verdenensis Episcopus Burgundiæ Ducis Orator magnopere suadere conaretur, ut Imperator repudiata neutralitate Eugenio Papæ adhæreret, placuit Friderico, ut inprimis ipse quatuor Viros suo nomine, quilibet vero Elector duos, & alius quivis Princeps unum seligerent, qui auditis Eugenii ac Felicis Oratoribus, eorumque rationibus utrinque ponderatis providerent, nequid Respublica Christiana detrimenti pateretur, sed firma ac

Æn. Sylv.  
87. in fin. &  
comm. lib. I.

Æn. Sylv.  
ep. 65. & 71.

**Sæcul. XV.** stabilis pax Ecclesiæ redderetur. **Decre-**  
**A.C. 1444.** tumque fuit, ut ad ambos Pontifices mit-  
 terentur, qui eos ad novum Concilium  
 quamprimum convocandum adhortaren-  
 tur, nisi forte alia via commodior, & ad  
 extirpandum schisma aptior inveniri  
 posset. Novus quoque Conventus anno  
 sequenti Francofordiæ celebrandus indi-  
 cebatur, pro antiquo Germanorum Prin-  
 cipum more, qui comitiis nondum abso-  
 lutis, mox alia indicere solent. Non er-  
 go sublata fuit Neutralitas, qua durante  
 a Locorum Ordinariis beneficia confere-  
 bantur.

*Monstrelet.*  
*Vol. 2. c. ult.*

§. XCIII.

*Cardinalis Angelotti cædes.*

Angelottus divitiis auctus, avaritiæ dedi-  
 tus audierat, eumque, cum quondam  
 pomeridianæ quieti indulgeret, adolescens  
 ejus cubicularius, quem a puero velut  
 Filium nutrierat, opes illius aucupandi  
 cupiditate excæcatus trucidavit. Ille,  
 ut sicariæ hujus cædis suspicionem eo  
 callidius a se amoliretur, Domini sui mor-  
 tem insolito prorsus dolore plangere se  
 simulabat; nihilominus quibusdam etfi  
 levioribus duntaxat indiciis reum pro-  
 dentibus, carceri datur, brevique facino-  
 ris confessio, quæ tormentorum acerbita-  
 te extorqueri non poterat, blandis ver-  
 borum